

Christi NON erat ipsum totum expiatorium Christi sacrificium, verum quaedam sacrificii istius inchoatio & preparatio ad illud peragendum. Suo vero more intelligit id, quod ibi ad textum nostrum habet de propitiatione, scilicet negando satisfactionem.

XII. Copula ἐς exprimit *tum* respectum ipsius Constitutionis diuinæ, quod DEVS ipsum proposuit (προέθετο) ἰλασῆριον. Rom. III, 24. 1 Ioh. IV, 10. ἀπέστειλεν ἰλασµὸν. Apol. A. C. II, 22. V, 1. 6. 11. Θείµεν. 2 Cor. V, 19. Eph. I, 9. 1 Thess. V, 9. ad quam constitutionem omnes remittuntur. Ioh. VIII, 24. IX, 36. Matth. III, 17. coll. XVII, 5. *tum* facultatem siue potestatem *continui* fidelium recursus ad hoc propitiatorium. Qualis perpetuus, serius tamen, isque cum *efficacia* coniunctus fidelium regressus ad Sanguinem Christi (ne nostra cum Deo diuellatur unio) describitur per *presens* καθαρίζει 1 Ioh. I, 7. Vbi recte notatur in F. C. quod illud καθαρίζειν, sanguini Filii Dei tributum, intelligendum etiam sit *per modum efficaciae*, non tantum de merito in cruce semel perfecto. Christus enim vicit Diabolum - vt auxilio diuino vincamus \* & ipsi: Ita \* 1. Ioh. II, 13. Apolog. A. C. p. 85. ad locum 1 Ioh. III, 8. Hic ἰλασµὸς non quidem prostitutus est aut expositus in promiscuum abusum: palam tamen constitutus est in *continuum* usum omnium conscientiarum dolentium. εἶτα καίτα in medio positus est. Luc. II, 34. Paratus ad vultum omnium populorum, luminare in illuminationem gentium v. 31. 32. Rom. IX, 33. Zach. XII, 1. coll. cap. XII, 10. & IX, 11. 9. Valet hoc ἰλασῆριον vere volentibus in perpetuum, ad Renouationem pacis indefinentem, siue ad tuendum continuandumque *statum iustificationis*. Ebr. II, 15. 17. 18. IV, 15. 16. VI, 19. 20. VII, 25. 3. X, 12. 14. 19. 22. Plura in venerandi

D

randi